Innocentius IV. Danieli Regi Russiae, ut possit secum habere Fr̄em Alexium et socium ejus

Innocentius Ep̄pus servus servorum Dei dilecto Filio Illri Regi Russiae salutem et Ap̄cam benedictionem.

Cupientes tuis votis annuere, et volentes in omnibus, quantum cum Deo possumus, tuae satisfacere voluntati, dilectos Filios Fr̄es Alexium et socium ejus, qui cum ipso fuit in Bohemia Ordis Praedicatorum, tibi ad morandum tecum duximus concedendos, concedentes ejs auctoritate praesentium eandem auctoritatem quam habent ij, qui sunt ad Tartaros destinati Datum Lugduni V. Nonas Maij Pontificatus Nri Anno 3